

centur de suis modis, passionibus, ac ultimis differentiis, ita tamen praedicatur etiam de illis in sententia horum Recentiorum; ergo nullatenus evitari possunt, quominus transcendenter sumptum, ut est commune omnibus per se intelligibilibus, dicitur metaphysice completum. Confirmatur quia iuxta explicationem ipsorum Adverbariorum, differentia solum ab hoc complemento excluduntur, sed ens transcendenter sumptum respectu omnium per se intelligibilium rationem differentiam non habet, ergo ab hoc complemento, de quo ipsi loquuntur, excludi minime potest, cum ergo talis complemento non caret, vana est illa distinctio de ente completo, & incompleto in sensu ab eis intento.

226 Postremo, ut declinemus quo sensu possit admitti distinctio entis completi, & incompleti, recolendum est quaest. praecedenti, quod licet ens, ut sit, ob suam maximam communicatam omnia proferat intelligibilia transcendat, & in omnibus imbitatur, non tamen eodem modo imbitatur in omnibus, nam in his, quae proprie respicit, ut inferiora, imbitatur quidditative; & in eorum essentiali conceptu includitur, ut in Deo, creatura, substantia, & accidente, sed in his, quae respicit lateraliter, ut sunt ejus modi, ac differentiae, vel respicit convertibiliter, ut sunt ejus passionis, imbitatur tantum realiter, & identice. Quia igitur perfectiori modo, & potiori iure sunt entia, quae directe, & formaliter includunt in suo essentiali conceptu rationem entis, quam illa, quae dicuntur entia identice tantum, & realiter, identice illa dici possunt entia completa, illa vero incompleta, in hoc igitur sensu admitti potest distinctio illa entis completi, & incompleti, adeoque tam ens completum, quam incompletum dicant eandem rationem formalem entis, sed diverso modo participatam, nam perfecte participat ab ente completo, & imperfecte ab incompleto, unde denominatio completi, & incompleti non ex parte ipsius entis attendi debet, quae semper una, & eadem est ex parte inferiorum, quibus communicatur, & modo, quo eis communicatur; cum enim eis communicatur quidditative, & essentialiter dicuntur ens completum, cum vero communicatur eis realiter tantum, ac identice, dicitur incompletum; Et in hoc quoque sensu, & non aliter intelligi debet eadem distinctio, cum gradus praedicationales inter se distinguuntur per discrimen completi, & incompleti, ut nimirum substantia completa dicatur, quae in suo formali, & quidditativo conceptu rationem substantiae includit, illa vero incompleta, quae solum dicitur substantia identice, & realiter, quales sunt differentiae substantiales, & sic de aliis praedicationibus, ut magis mox explicabitur.

227 In Contrarium obicitur primo fundamentum ab initio quaest. insinuatum, quod in praedicatione substantiae datur substantia completa, quae est supremum genus illius praedicamenti perfecte praedicentis a suis differentiis, & adhuc genus substantiae esse extra conceptum illarum, & sic pariter alia praedicationa disponantur per gradus completos, & incompletos, ergo pariter de ente dicendum est, alioquin salvari non possent modos entis esse aliquid in rerum natura, nec tamen includere rationem entis, quam contrahunt.

Respondent aliqui concessio antecedente, negando adhuc consequentiam, & negando paritatem de ente transcendenti, & aliis gradibus praedicationum, & pariter negando reddere disparitatis rationem, quorum responsiones, & disparitates optime consistat Averla loco citat. non enim reddi potest disparitatis ratio, quae minimum urgeat, nam si in aliis generibus entis assignentur gradus perfecte praedicentis, qui a differentiis distinguantur per discrimen completi, & incompleti, pari ratione, & eodem modo, ut ait Averla, debet talis distinctio, & perfecta praefatio admitti in ente respectu suorum inferiorum, ac differentiarum, itaque concessa paritate dicendum est etiam in substantia, & aliis generibus admitti posse praefatam distinctionem completi, & incompleti, ita ut differentiae praedicationum substantiae dicantur substantiae incompletae, genera vero, & species substantiae completae, non tamen in sensu, qui intenditur in argumento, nam in eo sensu patitur omnes impugnationes, quas fecimus contra distinctionem entis completi, & incompleti numer. 224, & 225, ut per eas discurreret patebit, sed solum admitti potest in sensu a nobis explicato numer. 226, nempe eo pacto, quo innuitur in argumento, salvandam esse praefationem perfectam generis substantiae a suis differentiis, & simul earundem substantiantiam, jamdudum ostendimus disput. 5. Log. quaest. 3. artic. 3. ad 3. princip. quia ut etiam notavit Canon. 1. Physicor. quaest. 7. art. 2. si dicatur, differentia substantiae esse quidditative substantiam, non quidem sumendo substantiam pro substantia, quae est apex in praedicatione, & dicitur substantia completa, sed esse substantiam late sumpto nomine substantiae, prout distinguitur ab accidente, sic enim comprehendit tam substantias completas, quam incompletas, si, inquam, ita dicatur, non satisfaciunt, quia eadem recurrit difficultas de illo conceptu substantiae, ut etiam comprehendit incompletas, nam, & substantia, ut sit, dividi potest per spirituales, ut est anima, & corporeas, ut alia quaelibet forma substantialis, respicitur quare non ita esset analogo, ut excluderet rationem generis univocis, rursum ergo quaeritur poterit de modis, vel differentis substantiam illam adhuc communem sumptam contrahentibus, an sint substantiae, nec ne, & quomodo, nec quomodo difficultatis satisfiet, nisi dicendo esse utique substantiales, non quia involvant

essentialiter rationem substantiae, sed quia esse substantiale recipiunt a ratione substantiae, quam coardant per identitatem cum ea, & hac praecise ratione dicuntur substantiae incompletae, non aliter, nec in alio sensu, & sic pariter dicendum de differentiis in aliis generibus proportionem servata.

228 Dices, explicando substantiam completam, & incompletam in hoc sensu, materia, & forma essent substantiae completae, quae includunt quidditative in suo conceptu rationem substantiae, ut distinguuntur contra accidens, atque ideo directe in praedicatione collocari debent, quae oppositum in Logica, & Physica docemus; Resp. ita dicendum esse in rei veritate, postquam ita distinctio praedicationum substantiae, ut eis apex sit substantiae abstractae a completa, & incompleta, cum talis conceptus non sit transcendens, sed finitus, & limitatus, atque ita notavimus disp. 7. Log. quaest. 1. art. 1. ad 2. prin. folem autem dicti materiae, & forma substantiae incompletae Physice, quatenus sunt partes omnium positi Physici, & solent recta linea praedicationem substantiae excludi, quia iuxta structuram, quam nobis reliquit Aristoteles, est illius praedicationem, sola substantia finita, & completa est illius praedicationem (supremum genus, ut nos quoque loc. cit. docuimus, sicut enim ab eorum categoriis structura accipimus, ita eius testimonio fieri debemus quod eius generalissimum constitutum, & absolute tamen, & simpliciter loquendo alio modo constructi potest substantiae praedicationem, ita ut sub se comprehendat tam substantias completas, quam incompletas, ut ibi didum est.

Secundo arguit ad eum, eo quia potest concipi tota ratio convenienter secundum essentiam entis completi, in qua conveniunt Deus, & creatura, substantia, & accidens, quae sunt entia completa, & ita praedicendi, ut non imbitatur in rationibus inferioribus contrahentibus, quae sunt entia incompleta, ut sunt finitas, & infinitae, perfectae, & imperfectae, omnia enim entia completa in hoc conveniunt, quod sint entia completa, unde non est abstrahi ratio convenienter, quae non participat rationem entis completi, cum non sint hujusmodi, cum non imbitatur in differentiis inferiorum igitur ratio entis completi non imbitatur in differentiis inferiorum, quod non potest praedicere, & est, quae imbitatur in differentiis, quemadmodum imbitatur ratio entis transcendens communissime sumpti, ita arguit Albertinus loc. cit.

229 Resp. cogitari posse illam convenientiam entium completorum inter se, quatenus omnia intrinsece, & quidditative participat rationem entis, quo pacto non participat ab entibus incompleti, quae tamen non inferit, aliam esse rationem entis completae, quae descendit in Deum, & creaturam, substantiam, & accidens, & aliam entis incompleti, quae descendit in finitatem, & infinitatem, perfectitatem, & imperfectitatem, quia ens dicitur unum, & eandem indivisibilem rationem respectu omnium, sed tantum in inferit esse diverso modo participatam ab illis illam eandem entis rationem, unde illud complementum, & incomplementum entis participatio cogitari debet, cuius ratio una est, ac indivisibilis, & respectu omnium unum, & eundem effectum formalem praefatam debet idem vel formaliter, & quidditative, vel saltem realiter, & identice communicare esse, seu rationem essendi, sed ex parte participatum rationem entis completi, & incompleti, & ideo cum illa diversitas ex parte inferiorum, & participatum eius procedat, non vero ex parte ipsius entis, consequenter nullam divisionem, vel distinctionem in ipsa ratione entis inferre potest, ut alia sit ratio entis completi, & alia incompleti, ut argumentum concludere intendit, sed tantum in modo, quo participat ab eis, Praeterea falsum est, quod etiam in argumento addebatur, totam rationem, cur ens completum praedicere non possit, esse, quae imbitatur in differentiis inferiorum; Nam ut diximus quaest. 3. per totam, sed praecipue num. 50. parum refert ad perfectam praedicationem conceptus abstractibilis, quod includatur in differentiis contrahentibus, vel non, sed sufficit, quod differentiae contrahentes non includantur in illo, eo enim ipso conceptus ille intelligitur ab illis praedicentibus.

230 Tertio tandem, quia verum sunt quaedam entia completa, nempe genera, & species, quaedam incompleta, nempe differentiae, concedi ergo debet, quod quidem commune omnibus entibus completis, & praedicentibus differentiis, tamquam ab entibus incompleti; Insuper in coordinatione praedicationum disponuntur in recta linea tantum illa, quae sunt completa in eogenerae, differentiae autem collocantur a latere, sed ens est illud, quod dividitur in genera praedicationalia: ergo hoc dicit debet ens completum, directe quidem completum esse ipsa genera, non autem differentias.

Resp. quavis Logicus disponendo coordinationem praedicationum illa dicit entia completa, quae accipiuntur per modum totius, quia sic apta sunt ad praedicationem, & illa incompleta, quae accipiuntur per modum partis, ideoque ad praedicationem incepta sunt, ut diximus disp. 6. Log. quaest. 4. art. 1. Tamen apud Metaph. quod potius attendit modum essei, quam praedicandi naturae, non ex modum praedicationis, sed ex modo essei, & participandi rationem entis in illa distinctio desumi debet, ut explicavimus n. 226. unde Metaphysicus naturas genericas, & species entis completae vocat, quia intrinsece, & essentialiter includunt rationem entis, differentias vero appellat incompleta, quia illam non participant nisi

nisi realiter, & identice, quod est participare rationem entis imperfecte, & incompleti; Sed sive Logice, sive Metaphysice hanc distinctionem explicemus, nunquam concludi potest, quod deur ens completum distinctum ab ente transcendente, quia Logice loquendo ens transcendens debet dici completum, quia accipitur per modum totius, & in qua praedicatur de suis inferioribus, & rursum si de ente completo loqui velimus Metaphysice, nec etiam bene deducitur, quod sit quidam conceptus communis ab ente transcendenti distinctus, sed est idem prorsus conceptus entis, qui ex modo perfectus, vel imperfectus, quo ab inferioribus participatur, denominationem suscipit completi, & incompleti iuxta explicationem datam num. 226.

QUESTIO IX.

An deur ens abstrahens ab ente reali, & variis, positivo, & negativo.

231 Quamvis in caeteris scholis opinio vulgata, & omnium fere communi calculo firmata ferat ens, ut sic mere acquivoce dici de ente reali, & rationis, ita ut deur nisi pacto aliquo abstrahens ab utroque, sed solum nomen entis significans esse reale conveniat enti rationis, nihilominus in schola nostra non desinit, qui oppositum, ut verum, tenuerit in sententia Scoti, vel saltem, ut probabile, ita docuit ex professo Bonet. Scot. acutissimus 1. sup. Met. cap. 6. §. ens autem inquantum ens, & Burgius 2. disp. 29. inquit saltem problematice hoc posse defendi in via Scoti, quia apud Doctorem hoc fuit problema, cum variis in locis modo in unum, modo in aliam declinet partem, immo ad, ut D. Oloz. reportatis Parisiensibus, disp. 29. viam praebere utraque se videatur; hinc non recte Meuriss. lib. 1. sup. Metaph. quaest. 2. dicit, nullum Scotium usquam hanc tradidisse doctrinam de univocatione entis, ut sic, ad ens reale, & rationis; Alii vero, quamvis hoc assertum universaliter non defendant, adhuc tamen existimant, ut refert Suarez disp. 47. Metaph. lec. 3. num. 2. aliqua saltem entia rei, ac entia rationis univocè convenire, nimirum relationes reales, & relationes rationis, ad quas docent genus praedicationem ad aliquid esse incommuni, pro qua sententia refert S. Thomas p. 1. q. 28. art. 1. & 2. q. 13. art. 7. & quolibet 1. art. 2. quibus in locis Galet. expressè sentit ipsam esse ad, univocè dici de relatione reali, & rationis, quod etiam docent Caepreolus 1. d. 33. qu. 1. & Socinus 5. Metaph. q. 26. conc. 2. & alii quamplures ex ea schola.

232 Alii tandem, quamvis nullo pacto id asserant de ente reali, & rationis, nec in tota eorum universitate, nec respectu quodtandem entium, quia tamen vera est ratio rationis simpliciter est, sed potius datur esse, quia tamen a parte rei nullo cogitante intellectu dantur quaedam privationes, & negationes, ut caecitas in oculo, & reuera in aere, quae proprie appellant entia realia negativa, & consequenter affirmant dari conceptum entis univocum abstrahentem a positivo, & negativo, pro quo opinio refert Pasqualig. tom. 1. Met. disp. 26. lect. 1. Aegid. 2. d. 33. quaest. 1. art. 3. ad 4. Tromb. 1. Met. quaest. 6. Jo. Can. 1. Phys. q. 14. art. 1. (apud quos tamen Scotus loc. cit. expressè hoc non invenitur, sed solum negationes, & privationes appellant entia realia negativa, non specificando an ens sit commune univocum ad positivum, & privativum) Comib. eodem lib. cap. 9. quaest. 7. art. 1. Ray. tract. 3. q. 1. in quam opinionem nos quoque descendere debere quis suspicabitur ob explicationem a nobis signatam definitionis principiorum disp. 1. Phys. q. 1. concl. 2. quam univocè diximus competere materiae, formae, & privationi. Opposita tamen sententia est communis in omni schola docens non dari conceptum entis praecipuum ab ente reali, & rationis, positivo, & negativo, ut quilibet esse aequivocum, ad ea, solum est dubium, an sit purum aequivocum, ut vult Socinus 4. Metaph. quaest. 5. Javell. 1. Metaph. q. 1. Barnes 1. p. q. 28. art. 1. an potius aequivocum analogum, ut alii.

ARTICULUS I.

Nonnulla de ente rationis recoluntur ex Logica.

Nequit proposita Controversia exacta haberi resolutio, nisi agnita prius entis rationis essentia, & quidditate, ut ab ente reali liceat inferri, quamvis autem ex dictis non est ratio rationis cognitionem in Logica praemissum disp. 3. ubi de ipso agitur ex insinuatione, aliqua tamen inde hoc revocare censui ad melius percipiendum statum propositi quaest. quod etiam libentius facio, ut quaedam illa dicta defendam ab impugnationibus Poncii, cum hic sit opportunus locus loquendi de ente rationis.

233 Primo supponendum est ex dictis disp. 3. cit. qu. 1. contra nonnullos, in omni schola ens rationis admitti debere, capiendum ens rationis pro eo, quod solum habet esse obiective in intellectu non aliter, nec alio modo; ita quod omne suum esse, sive essentiae, sive existentiae, sive actuale, sive possibile pendeat ex consideratione intellectus, quatenus si existit, non nisi per opus intellectus existit, & si potest existere, hoc ideo dicitur, quia intellectus potest illud formare, quod ibi sufficienter probatum manet, ac etiam satis lepidè probant ad hominem recentes quidam, nam negantes entia rationis, aut illa cognoscunt, dum negant, vel non

cognoscunt, non secundum, quia tunc omnino irrationabiliter ea negarent, quia de objecto ignoto iudicium fieri non potest, si cognoscunt, ergo habent illud esse obiectivè, quod nos praeter admittimus. Nodum autem istam conclusio nem ibi probavimus, sed, & omnes difficultates contra eam urgentes diluimus, inter quas praecipua erat illa. Quicquid intelligitur, prius est intelligibile, quam intelligatur, quia adus secundus supponit adum primum, sed id statetur ens rationis, non esset prius intelligibile, quam intellectum, ergo non datur. Probatur minor, quia omne, quod est, antequam intelligatur, est ens reale. Cui difficultati satisfactum est ibi 3. Conf. primi prin. quod verè loquendo de ente rationis secundum suum esse formale, & actuale, non prius habet esse intelligibile, quam intellectum, quia in ente rationis ita considerata potentia ad intelligi non antecedit actum, cum adu intelligi, & cognosci sit veluti de essentia entis rationis, quemadmodum in Deo potentia ad existendum non absolute dicitur praecedere actum existendi, quia actualis existentia est de essentia Dei, est enim regula, quod quando actus est de essentia rei, tunc in illa re potentia non dicitur actum antecedere, addidi autem ibi, ex hoc inferri non posse absolute loquendo ens rationis nullo modo esse cognoscibile, antequam cognoscatur, nec quoad hoc in ipso adu locum habet adu primo secretum posse, sed tantum, & actuale (licet ibi particula *in se*, in quibusdam originibus ex errore pariter deficit) cognoscibile, quam cognoscatur, quia saltem virtualiter in suis causis potest dici prius intelligibile, quam intellectum, immò etiam, & in aliquo sensu formaliter, & actualiter, quorum utrumque postea explicò, nam paulo infra in solutione ad 2. prin. ad 2. eius argumenti confirmationem, dico, entia rationis esse intelligibilia, antequam intelligantur, non quidem formaliter, sed virtualiter, ad quod non est necesse, ut praecedat opus intellectus sequendum aliquid esse proprium, sed sufficit si in re praecedat fundamentum, qualecumque illud sit, & in intellectu potentia, sed virtus intelligendi, unde esse intelligibile in entibus rationis non est aliquid intrinsecum, ut in entibus realibus, sed potius est denominatio extrinseca a potentia intellectiva procedens, quatenus, quae non sunt, nec esse possunt, concipere potest ad modum entis.

Deinde quaest. 2. art. 2. ad 1. prin. explicò, quo pacto ens rationis etiam quoad suum esse formale, & actuale dici queat habere prius esse intelligibile, quam intellectum, & expatò, autem distinguendo de duplici cognitione entis rationis, una directae, altera quasi reflexae ex Doctore 2. d. 1. q. 1. & d. 1. q. 5. B. prima est, quae fingitur, & accipit suum esse ens rationis, qua ratione Doctore 6. Met. q. 2. ad 1. arg. vocat eam cognitionem praedicam, quae per eam praedicat, & in adu exercitio versatur intellectus circa ens rationis fingendo, quod non est, ac si esset, altera vero dicitur speculativa, quia per eam veluti in actu signato consideratur ens rationis factum per primam cognitionem, unde in ea habet ens rationis praecise rationem obiecti, non effectus, quia igitur per secundam cognitionem non recipit esse, sed ei supponitur, ut unum de numero intelligibilium, ut loquitur Doctore cit. 2. d. 1. quaest. 5. B. hac, inquam, ratione dici potest etiam in re, & quoad suum esse actuale, & formale prius habere esse intelligibile, quam intellectum, quia in prima cognitione accipit proprium esse rationis, & intentionale, quod postea per sequendam cognitionem attenditur, sicut est, & quoad praedicta essentialia entis rationis convenientia.

234 Quia vero Complutenfes, quoque disp. 2. Log. q. 1. negant, & ipsi ens rationis habere prius esse intelligibile, quam intellectum, quia inquit adu cognoscit esse de essentia entis rationis, & quando adus est de essentia entis, potentia non antecedit actum in tali ente, ut patet in Deo, ubi hac de causa potentia ad existendum actualem ipsam existentiam non antecedit; suspicatur Poncius d. 1. Log. qu. 2. me accepisse totam hanc solutionem, & doctrinam a Complut. loc. cit., ideoque mecum illis simul impugnat, & in primis redarguit contradictionis, quia in eodem ipso loco fateatur ens rationis esse cognoscibile, antequam cognoscatur, quae autem maior potest esse contradictio, quam quod ens rationis sit cognoscibile, antequam cognoscatur, & non sit prius cognoscibile, quam cognoscatur, nisi forte sit aliqua differentia ponenda inter *antequam*, & *priusquam*. Deinde probat hoc absolute falsum esse, nam quemadmodum ex eo, quod verum sit dicere hoste, quod Aristotellus sit productibilis, & non sit verum dicere, quod sit productus, optime colligitur, quod sit prius productibilis, quam producat, ita similiter optime colligi potest chimeraem esse prius intelligibilem, quam intelligatur ex eo, quod verum sit dicere illam intelligibilem esse iam, licet non intelligeretur actu iam, & hinc potest inferri exemplum adductum de existentia Dei non esse ad rem, sed potius ad oppositum, quia pro nullo instanti verum est, quod possit existere Deus, pro quo non sit verum, quod de facto existat; cum ergo verum sit dicere pro hoc instanti, quod ens rationis sit intelligibile, licet pro hoc instanti non intelligeretur, sequitur potius ex illo exemplo, quod sit prius intelligibile, quam actu intelligatur. Rursum non minus ac falsum esse adu cognosci esse de essentia entis rationis, nam actu cognosci dicit formaliter ipsam cognitionem, per quam cognoscitur ens rationis, ergo non potest esse de essentia alioquid, de cuius essentia non sit actualis illa cognitio, constat autem actualem cognitionem, quae chimera cognoscitur, non esse de essentia eius,



quia tunc ens reale esset de essentia eius, & cognitio terminaret ad seipsum, & in cognitione entis rationis semper interveniret actus reflexus, quo cognosceret ipsa cognitio. Deinde meam quoque adducit responsum (quasi non amplius respondendum cum Compluten.) quia dico ens rationis secundum esse fundamentale, prout utique esse intelligibile, quam intellectum, non tamen secundum esse formale, & proprium; & eam impugnat, quia de illo ipso ente rationis formaliter loquendo, quod intelligitur in hoc instanti, verum erat dicere in instanti antecedenti, quod erat intelligibile, & non solum id verum est de fundamento eius, ut est manifestum, ergo quoad esse etiam formale prius est intelligibile, quam intelligatur. Denique quam subdit solutionem ad propositam difficultatem dicendo, omne intelligibile prius esse, quam intelligatur, quoad esse essentiae, non autem quoad esse existentiae, quia de facto ipsamet entia realia saepe prius intelliguntur, quam existant realiter, & ideo in proposito minime opus esse, quod ens rationis sit prius quoad esse existentiae, quam intelligatur.

237 His omnibus modo occurrendum est, in primis, quod ait in solutione huius difficultatis me sequi Complut. ipsemet revocare videtur, dum paulo infra meam adducit responsum, eamque impugnat, ut in aliquo diversam ab ea Complut. quia revera mea responsio clarior, & evidentius difficultatem solvit; quamvis autem in eo consentiam cum Complut. quod ens rationis non prius habet esse intelligibile, quam intellectum, & in exemplo quoque, quod adducit de existentia Dei; non ideo dicendum erat me in hoc secutum esse Complut. sed Doctorem nostrum, quem citavi in illa ipsa quaestione 2. d. 1. quaest. 1. art. 2. disertè docentem entia rationis, & secundas intentiones non prius habere esse in memoria, quam in intelligentia, loquendo de suo esse proprio, & formali, ut per hanc paritatem ostenderet etiam creaturas cognitivas in mente divina non prius habere esse intelligibile, quam intellectum, postquam igitur sub sit. G. dixerat lapidem in mente divina non habere prius esse intelligibile, quam intellectum, infra sit. H. declarando ordinem naturae, qui reperitur inter obiectum primarium, & secundarium, comparatione divini intellectus, & praecipue secundum naturam in illa ita loquitur, sequitur secundum instanti naturam, in quo comparatur intellectus: & voluntas divina ad aliud obiectum secundarium, & quia in illo instanti obiectum illud non est ex se actu intelligibile, sed sit actu intelligibile per intellectum, ideo non habet esse in memoria divina, ut memoria est, sed producit actu intelligentia in tali esse obiecti, sicut in nobis intentiones secundae producuntur per intellectum. & non sunt in memoria, ut memoria est, si ergo haec est doctrina Scoti, & ut talem adduxi in ea quaestione; cur ait me in hoc secutum esse Complutenes, & non potius Complutenes mecum fecerat esse Scotum, sane potiori iure dicere quoque poterat distinctionem illam, quam adduxi de dupli cognitione entis rationis, una directam, altera reflexam, adeo necessariam in materia de ente rationis, me accepisse ab Averro, Blanchino, & aliis Neotericis, qui eam in terminis tradunt; Sed me ut minus me sepius dixisse, & praesertim disp. 9. Physic. num. 13, quod cum Scoti Doctrinam, & quae praesertim in terminis ab ipso traditur, in scriptis Recentiorum invenio, quamvis de more suo doctorem non memoret, eam libenter accipio, ut eorum furtiva detegam, non enim fur appellandus est, qui interdum doctrina alicuius Auctoris nititur, quem citat, sed furtum est, quando non citat, furari namque est rem alienam accipere invito Domino; non dilplicit autem Auctores, immo lumina gaudent, cum aliorum utuntur doctrina, sed displicet, quando non citantur, & eorum doctrina adducitur, veluti ex proprio penu, quod est commune vitium Recentiorum, qui paucos citant Auctores, non citando antiam lectori praebent faciendi vitium, & reprobum.

238 Immerito etiam me arguit contradictionis, hic Auctor, quasi absque ulla prolata limitatione, vel declaratione dixerim in ea ipsa solutione ens rationis non prius habere esse intelligibile, quam intellectum, & esse cognoscibile, antequam cognoscatur, quae est manifesta contradictio; quamvis enim Complut. ita loquatur, non sic ego, ut constat ex ea solutione allata n. 237. sed dico, quod licet ens rationis formaliter, & actualiter consideratum secundum suum esse proprium, non prius habeat esse intelligibile, quam intellectum; tamen adhuc absolute loquendo, potest in aliquo sensu dici cognoscibile antequam cognoscatur, quia scilicet in suis causis, & fundamentaliter consideratum potest dici prius intelligibile, quam intellectum; immo etiam, & aliquo sensu formaliter iuxta sensum duplicem allatae cognitionis directae, & reflexae; quam quidem declarationem non afferunt Complut. neque potest ipse huius meae declarationis ignorantiam pretendere, quando quidem eam adducit; si ergo explicio non sensu, quo sensu dici potest ens rationis prius intelligibile, quam intellectum, & quo sensu non, cur contradictionis reus sum? Cum autem hanc meam explanationem impugnat, quia de iplo etiam esse formale, & proprio loquendo impugnat, dicere ens rationis prius esse intelligibile, quam intelligatur, nam in ipso instanti, quo sic intelligitur, verum est dicere, quod in instanti antecedenti sic erat intelligibile, haec sane est ipsamet obiectivo, quae in ea quaestione adducitur a me pro 2. Conf. secundi argumenti principalis, ubi arguo entia rationis non habere esse intelligibile, quam intellectum, & prius esse

possibile, quam actuale, quia antequam ad modum entium concipiantur, possunt sic concipi, & verum est dicere, antequam concipiantur, esse sic conceptibilia; ecce ipsam eius obiectivam, cui ibi factis adu est dicendo ad has, & similes locutiones de entibus rationis verificandas opus non esse, quod praecedat opus intellectus secundum aliquid esse proprium, & formale, sed sufficere, si in re fundamentum quoquo modo praecedat, & in intellectu potentia, & virtus ad constringendum ens rationis, atque ideo esse intelligibile in entibus rationis, antequam intelligatur, non esse aliquo intrinsecum, ut in entibus realibus, sed puram denominationem extrinsecam desumptam a potentia entis rationis fabricativa. Ex quo deducitur paritatem assumptam de Antichristo producibili, & nondum producto, non esse omni ex parte adaptatam, quia eius producibilitas fundatur in esse reali potentia, quod habet antecedenter ad actum existentiam, ut infra dicemus disp. 3. qu. 11. & ideo etiam per intrinsecam denominationem dici potest prius producibilis, quam productus; at non ita est de ente rationis, quia possibilibus, & intelligibilibus antequam ab intellectu fabricetur, non verificatur de eo, nisi ratione fundamenti, & per solam denominationem extrinsecam desumptam a potentia illius fabricativa; potest etiam in aliquo sensu admitti intelligibilibus in iplo per denominationem intrinsecam, & in aliquo eius esse formali, & proprio fundatam, cum scilicet iam fabricatum per operationem directam intellectus, potest deinceps alio adu reflexo ab intellectu attingi quoad esse intrinsecum, formale, & proprium, quod per actum directum ab intellectu recipit; hanc ergo solutionem ibi datam debebat Poncius infringere, & non eandem objectionem illi solutam de novo afferre.

237 Et quidem ens rationis non prius habere esse intelligibile, quam intellectum, nedum cum Scoto citi. tenent Complutenes, sed etiam nuper Ovid. Controv. 12. Met. punct. 1. ubi refertur hanc dicendi modum Poncius, ut quorundam Recentiorum inventum, qui asserant ens rationis non dicere essentialiter actu cognosci, sed tantum posse cognosci, quia antequam ens rationis cognoscatur adu, & habeat esse actuale, habet suum esse actuale, habet suum esse possibile ex eo, quod possit cognosci, & in illo possibilitatis statu retinet totam suam essentiam, quae non includit existentiam, sicut essentia hominis non dicitur illius existentiam, & ita homo possibilitatis totam suam retinet existentiam. Hunc, inquam, novum dicendi modum, ut prorsus inane, & solum in verbis consistentem refutat Ovid. cum enim inquit essentiam entis rationis non dicere actu cognosci, sed posse cognosci; postquam hoc intelligere in duplici sensu, primo quidem in eo, quod dicere solemus essentiam hominis non consistere in ipso actu ratiocinandi, sed in hoc, quod est, posse ratiocinari, & essentiam quantitatis non consistere in actuali impetratione, sed in principio eius, & hic sensus est omnino falsus, quia ens rationis nullum aliud habet esse praeter hoc, quod est actu cognosci, & ex hoc praesidio, quod cognoscitur, habet suum primum esse, & hoc esse reale forset. & non rationis, alio sensu intelligi potest, quia ens rationis, non dicitur essentialiter actu cognosci, sed ipsam terminationem passivam cognitionis adu existentem, sed tantum illi possibile, & licet sensus hic sit melior, ac tolerabilior; adhuc tamen nec bene dicitur in hoc sensu essentia entis rationis consistere in posse cognosci; quia etiam uno quavis actualiter dicitur nexum extrenorum, & actio actualis determinationem principii effectivi, & relatio praedicamentalis alicuius extremorum referentium, adhuc quoque considerari possunt ut possibiles, seu in statu possibilitatis, & potentia obiectiva, in quo nullam dicunt formalitatem distinctam ab iplo actu exercitio obiectivi, efficienti, & referendi; neque idcirco quipiam afferunt, quod essentiam unionis in hoc consistere, quod possit unire, & sic de actione, & relatione, sed absolute dicendum est, consistere in actu uniendo, qui intelligitur existens, quando uno fit existens, & intelligitur, tantum possibile, quando uno fit tantum in statu possibilitatis; sic igitur in proposito dicendum est de ente rationis, quod essentialiter consistit in actu cognosci, ita ut implicet haberi formalitatem entis rationis absque actuali cognitione ad ipsum terminata; & quod quavis intelligi quod possit in statu possibilitatis, non idcirco essentiam eius in tali possibilitate ponendam esse, seu in hoc, quod est posse cognosci; quando itaque ens rationis adu fit, & cognoscitur, tunc habetur tota entis rationis essentia, quando autem non fit, sed fieri potest, tunc eius essentia non habetur reipsa, sed solum possibilitas est. Hic tamen Ovidii discursus, quamvis per exempla unionis, & actionis, & aliorum modorum, quorum essentia in actuali modificatione consistit, & non tantum possibili, bene convincit modum loquendi Recentiorum illorum circa ens rationis esse irrationalium, deficit tamen in hoc, quod nec in secundo sensu ens rationis potest dici possibile, eo pacto quod possibile dicuntur modi unionis, & actionis, possibilitas namque obiectiva de illis modis non dicitur prorsus per denominationem extrinsecam, quia modi illi etiam antequam per denominationem habent aliquid reale tantum essendi saltem potentialem, ac entia rationis, sicut quando adu sunt, non habent veram actualitatem realem, ita quando sunt in potentia, non habent suam propriam realitatem potentialem; sed possibilita dicuntur praesertim ex ordine ad potentiam intellectivam, quae potest ea machinari, per denominationem mere extrinsecam.

238 Neque cum dicimus, essentiam entis rationis consistere in actu cognosci, sequitur, ut Poncius inferbat, ipsam cognitionem fore de essentia entis rationis, tum quia quavis denominatione cogniti realiter, & subiective considerata participet esse reale cognitionis, unde refutat, quia quantum ad omne illud reale quod importat, non est nisi ipsemet actu cognitionis ad reale obiectum terminatus, ut docet Scot. 1. d. 36. & d. 1. q. 1. lit. Q. tamen si praesertim, & formaliter consideretur in esse denominationis extrinsecae non est ipsa cognitio, sed potius quaedam ex ipsa cognitione resultans in obiecto, ad quod terminatur, quemadmodum tamen explicuimus disp. 3. cit. Log. qu. 2. art. 1. non aliter, nec alio modo, quo pacto negatur actu cognosci dicere formaliter ipsam cognitionem, sic enim potius dicitur terminationem passivam ipsius cognitionis. Tum quia nec etiam proprie loquendo formalitas entis rationis in tali denominatione cogniti consistit, quia ut ibidem dicebamus, talis denominatio in eo instanti, in quo fit ens rationis, non est obiective in intellectu, quae per talem actum attingatur, & tamen attingitur ens rationis; & talis denominatio est realis ex parte formae denominationis sine ulla fictione; sed consistit in eo, quod ex parte obiecti fingitur, & per talem denominationem asficitur, & per modum obiecti per eundem actum fabricati intellectui in eo instanti obicitur, & observatur, ut bene notavit Ovid. cit. punct. 2. num. 11. quare cum dicitur essentiam rationis consistere in actu cognosci, sensus est, quod eius essentia non nisi per actualem cognitionem haberi potest, quia per cognitionem fit, & resultat, nec habet aliud fieri praeter cognosci, per quod loquendum dictum instanti Poncii totaliter enervatur.

239 Postremo omnino falsa est responsio, quam ipse affert ad propositam difficultatem, dicens ens rationis antequam actu intelligatur, prius habere esse essentiae secundum quod dicitur intelligibile, quam existentiae, sic enim respondens coincidit in opinionem potentem ens rationis utique quodammodo ad existentiam pendere ab opere intellectus; non tamen quoad essentiam, secundum quam re vera dicitur possibile esse in intellectu, sicut ait, ens rationis esse, quod praesertim habet esse in intellectu considerante; & impugnat Poncius eodem modo, quia similitudo, vel dissimilitudo duorum entium rationis non videtur esse obiective in intellectu, dum sunt, aut existunt, quandoquidem non considerentur actu ab intellectu, & esse obiective in intellectu idem sit, ac considerari ab intellectu. Alii solent deire ens rationis illud esse, cui repugnat realis existentia, quam etiam enprobant, quia est nimis obscura, nam non est difficultas cognoscere, aut explicare ens rationis, quam ipsam ens reale, seu illud ens, cui nen repugnat realis existentia, unde explicare naturam entis rationis per ordinem ad existentiam realem est explicare ignotum per aequum ignotum, quod apte descriptioni non convenit. Hinc tandem ens rationis sic ipse describit esse illud, quod nequit aliquid efficere, neque inexistere alicui potentia efficere, nisi per considerationem potentiae potentis aliquid considerare, quam probat discurrendo per singulas partes eius, dicitur enim, quod nequit aliquid efficere; quia solis existentibus realibus convenit aliquid efficere; dicitur nequit inexistere alicui potentia efficere nisi per considerationem, quia non solum illa, quae possunt aliquid efficere, sunt entia realia, sed quae omnibus talibus absque consideratione inexistunt; additum est nisi per considerationem, quia per considerationem possunt entia rationis inexistere entia reali potentia aliquid efficere, quia potest intellectus considerare aliquid impossibile in tali v. gr. omnipotentiam in creatura; dicitur denique potentia potentis &c. ut abstrahatur a contraveria, an alia potentia ab intellectu possit conficere ens rationis.

240 Dices, ens rationis independenter ab omni intellectu est ens rationis, ergo ante omnem actu intellectus habet suam essentiam, licet non existentiam. Respondetur assumptum verificari de ente rationis veluti in esse lignato in ordine scilicet ad connexionem essentialem praedictorum, quatenus talia, vel talia praedicta participat ex sua ratione formali, falsum tamen est assumptum de ente rationis in esse exercitio, id est confidit ratio in ordine ad existentiam actualem, vel potentialem, sicut enim eius actualis existentia ad actuali cognitione dependet, ita & potentialis existentia ad cognitionem possibilem. Dices, saltem est esse exercitio etiam in ente rationis aliquo pacto ab esse existentiae secerni debere, ita ut quando adu est, illud dicatur esse existentiae, quatenus vero considerari potest, ut possibile abstrahendo ab actualitate essendi, dicatur esse essentiae; & ita etiam me locutum esse disput. cit. qu. 2. art. 2. explicando formalitatem entis rationis. Resp. ita dici solet, quia formalitatem entis rationis alicuius explicare, nisi per analogiam ad ens reale, & ideo sicut essentia entis realis exprimitur per abstractionem ab existentia, & ab actualitate essendi, ita etiam loquimur de essentia entis rationis; ceterum in rigore loquendo, sicut ens rationis abstrahendo ab actuali existentia non dicitur possibile sicut ens reale, ita quod possibilitas dicatur intrinsecum in iplo; ita proprie loquendo per talem suam possibilitatem non exprimitur eius essentia, quae potius consistit in actuali esse obiectivo, quod ab intellectu recipit, & ideo in ente rationis non est, quia non habet aliquid possibile ab existentia, sicut in ente reali existentiam, sicut illud; bene tamen verum est, non nisi praesertim in ente rationis veluti per analogiam ad ens reale, quod modo distingui possunt per analogiam ad ens reale.

241 Secundo principaliter ad explicandam formalitatem entis rationis variae fontis notiones eius, ac definitiones circumferri, & praesertim Poncius aliquas affert disp. 1. Log. a nobis ex parte approbatas in Logica, ac eas carpit, & refutat, aliam assignando ex suo penu. Afferit primo descriptionem entis ra-

tionis apud Recentiores vulgarem esse illud quod cogitatur sit ens, cum tamen in se entitatem non habeat: quom impugnat, quia vel intelligunt, quod cogitatur, ut ens reale, cum nullam entitatem habeat realem; vel intelligunt, quod cogitatur, ut aliquid ens reale, aut rationis, cum nullam entitatem habeat realem vel rationis; hoc secundum dici nequit, quia ens rationis habet sine dubio entitatem rationis; sed neque primum, quia non est necessarium, ut entia rationis cogitentur, aut concipiantur per modum entium realium; immo saepe cogitantur per modum omnino oppositum, hoc est per modum proprium entium rationis, alias intellectus non posset distinguere illa ab entibus reahbus; Nec verum est (ait) quod dicit Maltrius disp. 3. q. 3. ex eo quod ens reale sit obiectum adaequatum intellectus, sequi quod nihil concipere possit, nisi per modum entis realis; nam quavis corpus naturale sit obiectum adaequatum Physicis, & Syllogisticis, aut modus sciendi Logicae, tamen certum est, Logicam tendere in multa, quae non concipit per modum syllogismi aut modi sciendi, & Physicam etiam considerare multa non per modum corporis naturalis; quod si illud esset obiectum adaequatum intellectum, quod ita se haberet, ut nihil posset concipere, nisi per modum illius, profecto nec ens, nec ullum aliud unum quid esset obiectum adaequatum eius. Deinde arguit contra eandem descriptionem, quod datur etiam adu suo modo existentia quaedam entia rationis, quae noq cogitantur ullo modo, ergo non bene describitur ens rationis esse, quod cogitatur; Prob. antecedens, quia quando aliquis cogitat unum ens rationis, & alius simul cogitat alius ens rationis, illa duo entia rationis habent inter se similitudinem rationis non minus, quam quaecunque alia entia realia habent inter se similitudinem realem, etiam si nullas consideret, aut cogitet de illa similitudine; ergo datur entia rationis actu existentia suo modo, etiam cum non cogitantur.

242 Altera descriptio entis rationis, quam relicta, vulgaris est apud Scotistas, quod sit illud, quod habet esse obiectivum tantum in intellectu, quia colligitur ex quod. 2. ab initio, ubi Doctor ait, ens rationis esse, quod praesertim habet esse in intellectu considerante; & impugnat Poncius eodem modo, quia similitudo, vel dissimilitudo duorum entium rationis non videtur esse obiective in intellectu, dum sunt, aut existunt, quandoquidem non considerentur actu ab intellectu, & esse obiective in intellectu idem sit, ac considerari ab intellectu. Alii solent deire ens rationis illud esse, cui repugnat realis existentia, quam etiam enprobant, quia est nimis obscura, nam non est difficultas cognoscere, aut explicare ens rationis, quam ipsam ens reale, seu illud ens, cui nen repugnat realis existentia, unde explicare naturam entis rationis per ordinem ad existentiam realem est explicare ignotum per aequum ignotum, quod apte descriptioni non convenit. Hinc tandem ens rationis sic ipse describit esse illud, quod nequit aliquid efficere, neque inexistere alicui potentia efficere, nisi per considerationem potentiae potentis aliquid considerare, quam probat discurrendo per singulas partes eius, dicitur enim, quod nequit aliquid efficere; quia solis existentibus realibus convenit aliquid efficere; dicitur nequit inexistere alicui potentia efficere nisi per considerationem, quia non solum illa, quae possunt aliquid efficere, sunt entia realia, sed quae omnibus talibus absque consideratione inexistunt; additum est nisi per considerationem, quia per considerationem possunt entia rationis inexistere entia reali potentia aliquid efficere, quia potest intellectus considerare aliquid impossibile in tali v. gr. omnipotentiam in creatura; dicitur denique potentia potentis &c. ut abstrahatur a contraveria, an alia potentia ab intellectu possit conficere ens rationis.

243 Haec ultima descriptio, quam tradit hic Auctor, pacesua, nullo modo mihi probatur, quia in omnium sententia certum est, ens rationis describi debere per oppositionem ad ens reale iuxta illud, quod contrarium eadem est natura, & lex, id est quod unum explicari debet per oppositionem ad aliud, & haec est methodus, qua omnes utuntur ad indagandam entis rationis descriptionem, ens autem reale non dicitur esse illud, cui non existeret, quod efficere, vel inexistere alicui potentia aliquid efficere, vel inexistere alicui potentia aliquid efficere, sed describitur esse illud, quod est in rerum natura citra operationem intellectus considerantis, vel saltem sic sibi non repugnat esse; ergo opposito modo describi debet ens rationis, ut sic illud, quod nec est, nec existeret potest, nisi per intellectum considerantem, & iuxta hanc methodum illud ita descripsit ille ipse Auctor 3. part. Carthusi disp. 18. de ente ut sic, quaest. 2. num. 6. per oppositionem ad ens reale. Tum quia ens reale secundum totam suam quidditatem optime inanifestatur sine ordine ad effectum realem, & inexistitiam realem alicui potentia realiter efficere, & bene salvari potest realitas alicuius rei absque reali essentia, ut multi dicunt de materia prima, quam ponunt mere passivam, ac omni prorsus reali efficientia destitutam, ergo bene & contra salvari poterit entitas rationis per solam exclusionem talis realitatis, nec in eius conceptu necessario debet exprimi, quod nequeat aliquid efficere, nec inexistere alicui potentia efficere. Tum quia tota illa definitio convenit entia reali nominatim, quod scilicet non est, sed esse potest in rerum natura v. g. Antichristus, nam Antichristus, tali statu possibilitatis consideratus nec aliquid efficere potest, quia ad causalitatem effectivam exercendam requiritur actualis existentia, nec etiam alicui potentia efficere inexistere potest, ut de se constat, nisi



si per se in rationem intellectus, & tamen non est ens rationis, ut hic de eo agit. Tum quia videtur etiam negationibus rebus quas extra genus appellat, posse applicari, nam nec realis efficientia ab illis prodire potest, nec possunt inexistere alicui potest efficiere, quia tales negationes non sunt subiecto additæ, ut constat de negatione entis realis, ut sic, & de negatione importata per spatium imaginarium, quas tamen negationes etiam apud eum Auctorem constat non esse entis rationis, quia dantur a parte rei citra intellectum negationem. Tum, quia sicut ens reale non in sua constituitur realitate per posse aliquid efficiere, nec inexistere alicui sic potest efficiere, sed hæc potius sunt attributa, & muneris eius realitatem concomitantia, sic est contra ens rationis non constituitur in sua, (ut ita dicam) rationalitate per impotentiam ad aliquid efficiendum, aut alicui realiter inexistendum, sed hæc potius eius rationalitatem consequentur, ex eo enim quod nec est, nec esse potest iterum natura, consequitur nec posse aliquid efficiere, nec alicui realiter inexistere, nec per modum partis, nec per modum accidentis. Tandem falsum est, cum descriptionem colligat ex Scot. quod 3. ut constat ex ipsius verbis Doctoris ab ipso adductis.

244. Definitiones vero entis rationis ab ipso rejectæ, etiam singule per se simpliciter, ac sigillatim, non admodum, & adæquate entis rationis formalitatem explicent, unaquæque tamen aliquid veri continent, adeo ut omnibus simul propria, & adæquate entis rationis descriptio integrari valeat, ut satis constat ex dictis dis. cit. q. 2. art. 2. & quidem ut ab ultima incipiam, quæ dicebat ens rationis esse, cui repugnat realis existentia, verum dicit, quia entis rationis repugnat existere in rerum natura, & citra operationem intellectus, alioquin si et non repugnet, ens reale foret, & tamen adæquate existentiam non haberet, sicut dicitur de Antichristo. Et falsum est, quod in impugnatione huius definitionis agebat Auctor esse nimis obcuram, quia non est difficultas cognoscere, aut explicare ens rationis, quam ipsum esse reale, ideòque explicare naturam entis rationis per ordinem ad existentiam realem fit explicare ignotum per æque ignotum hoc, inquam, falsum est, longè enim nobis notiora, magisq; obvia sunt entia realia, quam entia rationis, namque quæ plura entia realia sub sensu cadunt, non autem entis rationis, quo factum est, ut plures negaverint dari ista entia rationis, nullis tamen negavit dari entia realia. Secunda etiam descriptio a Scotis tradita, quod sit illud, quod habet tantum obiectivè esse in intellectu, verum profert, omnes enim qui hæc de ente rationis locuti sunt, in hoc convenire videntur, quod nulla in aliam posse ens rationis habere existentiam, quam obiectivam, & quomodo asseritur ex dictis intellectus negatione, unde omnino falsum est, quod Auctor ille committitur dari quædam entia rationis existentia, quæ non cogitantur ullo modo, si hæc enim nullo modo cogitantur (ut epius verbi utar) nec ullo modo pendunt ab intellectu cogitatione, jam non entia rationis, sed entia realia erunt cum omni proprietate; Patet hæc consequentia, illud enim est ens reale, quod in rerum natura existit citra omnem intellectus cogitationem, cum autem id probat exemplis similitudinibus, quæ reperitur inter duo entia rationis nullo intellectu cogitantur, negatur pariter talem inter ea reperiri similitudinem citra intellectus cogitationem, sicut enim fundamenta talis similitudinis illa scilicet duo entia rationis non habent esse, nisi per opus intellectus, ita quoque dicendum est de illa similitudine, quod non habet esse, nisi per opus intellectus, & ratio est, quia fundamentum nunquam minoris est entitatis, quod ibi dicitur, ens ratiois cognoscitur non posse, nisi per analogiam ad ens reale vel proportionem metaphoricæ, vel imitabilitatis obiectivæ, quæ consistit in cognoscibilitate unius ad similitudinem alterius, ut ibi declaravimus. Et ideò ad formalitatem entis rationis non tantum spectat quod sit obiectivè in intellectu, sed etiam quod ibi sit ad instar veri entis, nam ratione istius analogicè habitudinis præcise pariter extrinsecè, & æquivocè esse. Cum vero hoc impugnetur, quia entia rationis sapienter cogitantur, non per modum entium realium, sed per modum omnino oppositum, id est per modum proprium entis rationis, aliis intellectus non possit ea distinguere ab entibus realibus. Occurrit ad hoc per distinctionem ibidem datam in solutione ad primum, & superius relata num. 233. de duplici cognitione, quæ de ente rationis haberi potest, directæ, & reflexæ, in prima cognitione attingitur alter, ac fit, quia per modum entis realis concipitur, cum tamen non sit, in secunda concipitur, ut est, quia attingitur ut ens rationis, & per hæc potissimum cognitionem distinguitur ab ente reali. Fundatur quoque hæc necessitas concipiendi ens rationis ad modum en-

tis realis, ut ibi dicebamus, quia ens reale est obiectum adæquatam, vel saltem primarium intellectus, ut omnes concedunt cum Doctore i. d. 3. quæst. 3. ergo ens rationis nequit intelligi, nisi quantum concipitur, ut imitatio quedam æque realis, quia obiectum potentia secundaria debet aliquid modo participare rationem formalem primi, & adæquati obiecti, ut ens rationis participare nequit formaliter, & intrinsecè entitatem realem, ergo saltem participare debet secundariam similitudinem, & proportionem. Cum namque per modum obiecti adæquati, sit ita intelligitur, ut possit potentia ferri in aliquid, quod nullo modo participat rationem sui primarii, & adæquati obiecti, hoc profus falsum est, quia nec ulla aliquid attingere potest, quod sub colore non continetur, nec aliquid modo rationem eius participet, nec auditus quod non habeat rationem soni, & sic de aliis potentis, ratio namque obiectivæ, & specificativæ alicuius potentie superfunditur cuiusque obiecto talis potentie aliquid modo; si autem id ita intelligitur, ut non sola ratio generica obiecti adæquati sit motiva potentie, quia tunc rationes specificæ sub ea contentæ non perciperentur a potentia verum dicit, quia tunc albedo, & nigredo secundum suas rationes specificas non perciperentur a visu, sed hoc non excludit, quin obiecta secundaria, & inadæquata nequeant aliquid modo participare rationem communem obiecti primarii, & adæquati. Sic fit etiam res se habet in obiectis scientiarum (ut occurram alii invidiosè eiusdem Auctoris licet exemplum non sit satis idoneum, quoniam enim Logica considerat, ut partem subiectivam syllogismi, & Philosophia, ut partem subiectivam corporis naturalis, omnia considerat, ut participat rationem communem illius obiecti adæquati, & primarii, esto ut contradicant per proprias rationes, ut y. g. Cœlum, corpus animatum, &c. ut talia, corpora naturalia, sunt autem alia quoque in scientia considerata, quæ directè non participat rationem communem adæquati obiecti, quia non omnia considerantur in scientia, ut species adæquati obiecti, sed quædam ut ejus partes essentialis, quædam ut passionis, quædam ut principia, ut habetur i. Post. 25. unde ex hoc capite dicit exemplum illud, quia non eodem modo pro modo assignatur obiecta adæquata scientiarum, & potentiarum.

246. Tertio circa potentiam entis rationis edificicam jam dis. cit. q. 4. art. 1. determinat ut, nullam potentiam vitalem ens rationis formale efficiere possit, præter intellectum, & voluntatem, & quod intellectum resolutionem certam dedimus, quod voluntatem vero sub probabilitate reliquimus, cuius probabilitates ibidem nonnullas rationes adduximus, sed cum præsertim, quod voluntas quoque suo modo potest dare esse obiectivum rei, quæ realiter non est, nec esse potest, quia potest voluntas ex sua libertate bonitatem in obiecto fingere, ubi vera non reperitur, nec recipiri potest, neque ut bonum ab intellectu proponitur, ergo potest tale esse obiectivum bonitatis tribuere, quare requiritur ad ens rationis constitutum; Consequenter patet, quia in tali causa voluntas est, quæ primo fingit bonitatem in obiecto, ubi non est, nec esse potest, nec autem intellectus. Probat assumpsum, quia in sententia præsertim Doctoris præter finem verum, & apparet, datur etiam hinc præfixus, seu prædictus i. d. q. 1. art. 3. & 4. & est quando obiectum præcise est a ratione obsequium sub ratione malis, & voluntas ex sua libertate illud sibi præfigit, tamquam finem, non quod voluntas feratur in malitiam per se, quia hæc non est obiectum profectum, sed quia obsequio obiecto voluntati sub ratione mali, & ex alia parte obsequio ratione boni vel in se, vel in alio obiecto, potest voluntas bonitatem illius obiecti affigere, quam non habere prius ostendit intellectus, & sub illius bonitatis præterea obiectum illud in se malum acceptare, ut bonum, quomodo doctrinam adhuc bene declaramus dis. p. 7. Phys. q. 8. art. 2. Negat Poncius dis. cit. n. 32. ubi tenet oppositum, voluntatem nimirum esse obiectivum entibus rationis prætere posse, quod ex eo probat, quia nequit dare esse obiectivum entibus realibus, in quæ tendit, ergo nec esse entibus rationis. Sed desideramus ab eo probationem illius assumpti, quod nequeat voluntas dare esse obiectivum entibus realibus suo modo, sicut intellectus, hoc enim potius commune esse cuiusque potentie vitali, quod quotiescunque vitaliter tendit in aliquid obiectum percipiendum, & attingendum intentionali, & communicat illi esse quoddam intentionale, & obiectivum, & quomodoque obiectum poterit obsequi, & obsequari, & tunc ab illa esse obiectivum suscipit, sicut ergo potest ens reale ab intellectu recipere esse obiectivum, quia illi obicit potest, ut cognoscendum, & considerandum, ita quæ etiam voluntati poterit obsequi, ut volendum, & acceptandum, poterit hoc modo ab ea recipere esse obiectivum, non enim minus in obiecto ponit esse intentionale, & obiectivum denominatio cogniti, quam voluti.

247. Sed obicit hic Auctor, quia voluntas non potest tendere in illum ens rationis, nisi in illud, quod proponitur sibi ab intellectu, & quod consequenter habet esse formam intentionalem accidentaliter productum, ergo non est dicendum, quod ipsam det ipsi esse intentionale. Ad hoc iam loc. cit. responsum est, posse in alio casu voluntatem dare esse primum intentionalem obiecto, quia non tantum bonum verum, aut apparet esse sufficiens voluntatis motivum, sed etiam bonum præfixum, licet ergo quando voluntas tendit in bonum apparet peccando ex ignorantia, intellectus det primum esse intentionale obiecto, & sicut si tenet ex parte intellectus, quando tamen tendit in bonum præfixum peccando ex mera malitia, sicut non tenet ex parte intellectus, quia ipse ostendit obiectum ma-

lum, & sub ratione mali, sed totaliter se tenet ex parte voluntatis, quæ non obstante intellectu ostensione ex mera sua libertate applicat illi obiecto bonitatem, & illud bonitate falso indutum sibi præfigit tantquam finem, quo casu voluntas censetur dare obiecto primum esse intentionale, & sicut, neque ubi dicitur tendere in incognitum, quamvis enim intellectus non ostendat bonitatem in tali obiecto, eam tamen ostendit in alio, vel in se abstractè, quod sufficit, ut voluntas deinceps possit eam ex se applicare obiecto proposito, ut malo, nec ob id dicitur ferri in incognitum. Sed & ibidem in fine articuli addidimus, quod etiam admissio voluntatem non posse prætere primum esse intentionale, vel sicut obiecto, non subinde sequitur ens rationis ab ea concipi non posse, sicut enim nihil prohibet idem obiectum semel, & iterum attingi diversis actibus, ita nihil prohibet idem rationis posse semel, & iterum ferri per repetitos actus eiusdem potentie, vel per actus intentionales alterius potentie circa idem obiectum, quæ de casu Ariæ. disput. 7. Met. num. 37. & Ovid. controv. 12. Metaph. punct. 6. num. 7. tenentur rationem illam non concludere intentionem, quia licet ens rationis non ferret primum a voluntate; adhuc tamen suo modo fieri posset secundo. Ad rursus instat Poncius, quia licet ens rationis ab ullo intellectu produci, possit & ab alio denuo produci, tamen productio entis rationis ab illo non necessario prærequiritur ad iteratam eius productionem ab illo, sed ad hoc impertinenter se habet, quia secundum intellectus æque bene potest illud ens rationis producere, sive primum intellectus ipsum produxit ante, sive non, sed voluntas non potest tendere in ens rationis, nisi prius producat per intellectum; unde illa productio ipsius per se requiritur, ut possit voluntas tendere in illud; atque ideò debet dici, quod voluntas ipse non habeat virtutem productivam ipsius. Hæc autem instantia parum urget, quia argumentum illud ex eo capite probare intendit voluntatem ens rationis efficiere non posse, quia non dat esse rationis obiecto, sed supponit datum ab intellectu, & consequenter ens rationis iam factum, unde vis argumenti ex eo pendet, quod ens rationis supponatur iam factum, ideòque deinde fieri nequeat, sive hoc per se contingat, sive per accidens, tum quia argumentum quæ probaret intellectum ens rationis facere non posse, si prius produci deberet per phantasiam siquidem pro statu illo non minus necessaria est prævia operatio sensuum ad operationem intellectus, quam ipsius intellectus ad operationem voluntatis, & tamen si sensibus saltem interius concederemus virtutem formandi entia rationis, non utique hoc talem necessariam præsuppositionem denegaretur intellectui talis virtus, tum tandem quia prima intellectus operatio necessarii præsupponitur secundæ, & tamen communiter conceditur iudicium suo modo facere ens rationis; licet supponatur factum ab apprehensione, ergo pariter in proposito necessaria præsuppositio negotiorum intellectus ad negotiationem voluntatis non impedit, quin & ipsa possit circa idem obiectum ens rationis suo modo machinari.

248. Adhuc tentavit Ovid. cit. probare voluntatem esse obiectivum prætere non posse, quod probat ex modo, quod voluntas attingit obiecta, ex vi cuius non dicitur obiectum esse in voluntate, aut in actu amoris, neque voluntatem trahere ad se obiecta; potius voluntas dicitur ferri in obiecta, & esse in illis, amor enim est pondus quoddam, quo amans fertur in obiectum amatum, & in illo esse dicitur, & non amatum in amante; ex quo sic idem obiectum cognoscitur, & amatum habere esse in intellectu, & non in voluntate, & ita falsum in se non habet, habet tantum esse obiectivè in intellectu, & non involuntate, & ideò dicitur fingi ab intellectu, & non a voluntate. At bene solutionem prævidit hic Auctor, quia per metaphoram solum amor dicitur pondus, & amans esse in amato, alioquin physicè loquendo cum obiectum voluntati obicitur, ita bene dicitur esse in voluntate; sicut dicitur esse in intellectu, cum illi obicitur; & per tendentiam amoris in obiectum, ita bene voluntas appingit illi esse intentionale, & obiectivum; sicut intellectus per tendentiam cognitionis, & ideò merè voluntarium est asserere voluntatem per actus suos esse obiectivum, & intentionale suo modo obiectis non prætere.

249. Quarto circa varias divisiones entis rationis, quæ solent assignari, illam præsertim dedimus dis. cit. q. 7. de ente rationis fundato, & non fundato, ut satis conflatum in schola nostra, quam tradunt Recentiores sub aliis terminis in ens rationis ratiocinate, & ratiocinantis, vel chimericæ, & ita explicuimus loco citato ex Scoto q. 4. universi in fine, & communi Scotistarum, ut illa dicantur entia rationis fundata, quæ ex aliqua necessitate, sibi debent esse fingantur, ut non aliter, nec alio modo condendis intentionibus logicis generis, speciei, &c. licet enim nequeant ad libitum super quacunque res fundari, sed iuxta rerum proprietates, ut si aliqua natura sit aliquibus communicabilis, super ipsam fundabitur ratio universalis; si nullus particularis; si pluribus specie differentibus, intentio generis; si solo numero intentio speciei, & sic de aliis, entia vero rationis chimericæ, & non fundata contra illa dicuntur, quæ ad nostrum libitum finguntur, quia nulla est necessitas, vel occasio a parte rei, quæ non potius ab hoc modo fingendum ens rationis dederint, quam illo modo, ut experitur in fictione chimerarum, hircocerivi, vel alterius monstri, quæ explicite expressè habetur a Doctore loco citato ubi

ex eo ponit universale ens rationis fundatum, quia aliquid ei in re extra correspondet, & quo movetur intellectus ad causandum talem intentionem, & non aliam; signata vero, inquit esse non fundata, quia nihil tale extra correspondet, unde concludit, ens rationis fundatum distingui a signato; quia originaliter, sive occasionaliter est a proprietate in re, signatum vero minime.

Poncius disputat. i. citat. quæst. 10. hanc explanationem impugnat, quia non bene explicatur, quomodo consideratio hircocerivi non habeat tantum fundamentum in re, quantum habet consideratio relationis rationis in re cognita ad cognoscendum, nam quemadmodum intellectus ex eo, quod videt denominationem novam in obiecto cognito, dicitur per hoc habere fundamentum in re ad considerandum aliquid respectum in ipso, qui non sit realis; cur ex eo, quod imaginatio conciperet formam externam partim equi, & partim hominis, non possit intellectus dici habere sufficientem occasionem ad concipiendam aliquid substantiam per se unam quæ exigeret talem formam, & intrinsecè componeret ex natura equina, & humana? quare concluditur mox. hanc divisionem potius sic explicari debere, ut per entia rationis fundata intelligantur illa, per quæ communiter solent explicari aliquæ denominationes reales, quæ tam facile nec intelligi, nec explicari possent, si non considerarentur provenire ab huiusmodi entibus; per entia vero rationis sine fundamento in re intelligantur illa, quæ non concipiuntur in ordine ad talem denominationem realem, vel concipiendam, vel declarandam, iuxta quem dicendi modum fundamentum in re, quod habent entia priora nra illud, quod habent posteriora, erit utilitas ac difficultas intelligendi, ac explicandi huiusmodi denominationes.

250. Hæc tamen impugnatio frivola est, & quamvis in exemplum entium rationis fundatorum, non ego addiderim relationem rationis in Deo ad creaturam, sed in re cognita ad cognoscendum, sed secundas intentiones logicas, in quibus evidentiùs censetur fundamentum, & motivum eas concipiendi; adhuc tamen falsum est illas relationes rationis non habere maius fundamentum in re, quam habeant creaturæ, & hircocerivi; cum enim regulariter videamus in intellectu ad sum effectum referri relationem reali, & cuiusque actioni suam correspondere passionem, hinc occasionem sumit intellectus cogitandi in Deo relationem activæ creationis ad creaturam, & in re cognita formam illi inherentem per modum cuiusdam effectus, vel passionis correspondentis cognitioni activæ; & determinatur ad cogitandas huiusmodi formas per modum accidentis respectivè, vel saltem includentis respectum, non aliter, nec alio modo; unde occasio a parte rei fingendi illas relationes rationis, si non est cogens, & necessitans, est tamen proxima, & urgens, at ex eo quod imaginatio conceperit formam externam partim equi, partim hominis: non habentem occasionem machinandi chimeram, ut dici possit proxima, & urgens; ut notavimus quæst. cit. in fine, quia licet partes chimeræ habeant in re fundamentum, nullum tamen habent fundamentum a parte rei ullo illarum naturarum equitatis, felicitatis, & humanæ, quæ proprie constituit chimeram, & ideò intellectus aut nullam habet a parte rei occasionem machinandi chimeram, aut levissimam; & remotam, quæ proximè non sufficit, ut dicatur ens rationis fundatum, tum quia non determinatur intellectus ad fingendam chimeram magis ex his naturis incommpossibilibus, quam ex aliis, sed ad libitum potest eam machinari hoc, vel alio modo, quod non contingit de illis relationibus rationis. Explicatio vero, quam adhibet Auctor ille ad hanc divisionem explicandam nedom inæpta videtur, sed etiam contraria rei, de qua loquimur: ait enim fundamentum, quod habent a parte rei entia rationis fundata, esse difficultatem intelligendi quoddam reales denominationes (quarum tamen exemplum non affert) quæ facile intelligi nequeunt, nisi beneficio talium entium rationis; sed mea quidem sententia nil absurdius dici poterat, quam difficultatem intelligendi quoddam reales denominationes esse fundamentum cogitandi entia rationis, quia maior utique difficultas incurritur, dum volumus statum, & conditionem alicuius quorundam entium prohibitorum, & chimericorum, quam relationum, & aliorum entium rationis, quæ non sunt mera signata, ita etiam sunt entia rationis determinate, & certæ naturæ, ac proximè facillioris cognitionis, non illa, ergo iuxta hunc dicendi modum signata maius habent fundamentum a parte rei, quam alia rationis entia non chimericæ. Tum quia fundamentum ducit intellectum in cognitionem entis rationis super illud fundati, ad difficultas minime, imò potius impedit intellectum a cognitione, maior patet in secundis intentionibus.

251. Dicit, fundamentum entis rationis dicitur illud, quod est specialis quædam occasio, & motivum, ac veluti impulsivum intellectui ad excogitanda entia rationis, sed sic est, quod difficultas, quam experitur in asequendis denominationibus quibusdam extrinsecis, g. creatoris in Deo vis in parte, urget nos pro facilliori eorum captu, ergo talis difficultas dici potest fundamentum fingendi entia illa rationis. Contra, quia hic inimitur fundamentum non pro quoque, & quomodoque in ipso intellectu ad fingenda entia rationis, sed pro ea occasione, vel motivo, unde sufficienter movetur ad se, vel se fingendum ens rationis dicitur per



